

# Doce documentos cervarienses relacionados con el comercio de esclavos (1370-1400)

JOSEP M.<sup>a</sup> LLOBET PORTELLA  
UNED (C.A. CERVERA)

## RESUMEN

*Se comentan y se transcriben doce documentos notariales, otorgados en la población catalana de Cervera durante la segunda mitad del siglo XIV, que contienen varias ventas de esclavos, la permuta de una esclava por un rocín, el nombramiento de procurador para la venta de una esclava, la manumisión de una esclava y la cesión de un esclavo durante unos tres años. Todos los esclavos documentados habían sido bautizados y la mayoría de ellos eran tártaros. El valor de cada uno de estos esclavos oscilaba entre dieciséis libras y media y setenta y cinco libras.*

## ABSTRACT

*They are commented and there are transcribed twelve notarial documents granted in the Catalan population of Cervera during the second half of the 14th century that several slaves' sales, the barter of a slave for a hack, the appointment of an attorney for the sale of a slave, the manumission of a slave and the transfer of a slave for some three years contain. All the documented slaves had been baptized and the majority they were Tartar. The value of each one of these slaves was ranging between sixteen pounds and a half and seventy-five pounds.*

## PALABRAS CLAVE

Edad Media, España, Cataluña, esclavos, comercio.

## KEY WORDS

Middle Ages, Spain, Catalonia, slaves, trade.

## INTRODUCCIÓN

En un artículo publicado anteriormente<sup>1</sup>, ofrecíamos la transcripción, precedida de algunos comentarios, de ocho documentos barceloneses del año 1395 sobre

---

<sup>1</sup> LLOBET PORTELLA, J. M., «Ocho documentos barceloneses sobre ventas y cesiones de esclavos (1395)», *Espacio, Tiempo y Forma, Serie III, H.ª Medieval*, t. 13 (2000), pp. 139-150.

ventas y cesiones de esclavos. En la presente ocasión, damos a conocer otros doce documentos, esta vez cervarienses<sup>2</sup>, que, pertenecientes también a la segunda mitad del siglo XIV, constituyen una nueva aportación sobre el tema.

Puesto que en el artículo citado ya explicamos la importancia que tuvo en la Cataluña medieval el grupo social de los esclavos y las circunstancias en que se desarrollaba el trabajo de estas personas, en éste nos limitaremos a comentar el contenido de los textos transcritos. Todos ellos pertenecen a documentos notariales depositados en el Arxiu Històric Comarcal de Cervera (AHCC).

## VENTAS DE ESCLAVOS

Seis de los doce documentos dejan constancia de ventas de esclavos. El contenido de cada uno de ellos, de forma resumida, es el siguiente:

En el año 1370, Antoni Feliu, un mercader cervariense, vendió a Berenguer d'Alzamora, que era presbítero en Cervera, una esclava griega llamada Caterina por el precio de 16 libras y 10 sueldos<sup>3</sup>. Antoni Feliu, tres años antes, había comprado esta esclava a Joan de Blàvia, rector eclesiástico de Cervera (*Documento número 1*).

En 1379, el caballero Ramon Alemany de Cervelló, señor de las baronías de Querol y Subirats, vendió a Rigot de Nicòsia, comendador de la casa de San Juan de Jerusalén en Barcelona, una pareja de esclavos. El hombre se llamaba Martí y su esposa, Caterina. Eran tártaros y tenían unos cuarenta y cinco años de edad. El importe de la venta fue establecido en 50 libras (*Documento número 4*).

Nueve años más tarde, el doncel Jaume Sacirera, habitante en Cervera, con el consentimiento de su esposa Margarida, vendió a Dalmau Vidal, también cervariense, una esclava bautizada llamada Maria, de unos veintiséis años de edad y de origen tártaro, por el precio de 31 libras y 10 sueldos (*Documento número 5*).

En 1389, Guillem Terrassa, de Barcelona, vendió a Felip Ferrer una esclava que se llamaba Joana por 30 florines, equivalentes a 16 libras y 10 sueldos (*Documento número 6*).

Unos meses más tarde, Felip Ferrer y su esposa Brunisenda, los cuales habitaban en Cervera, vendieron esta misma esclava a Joan Montaner, que era portero del rey y también habitaba en Cervera. Esta vez el precio fue de 40 florines, que equivalían a 22 libras. En pocos meses Felip Ferrer ganó, pues, con estas transacciones, 10 florines. Dicho texto nos permite saber que la esclava Joana ha-

<sup>2</sup> Cervera, situada en una zona rural de la Cataluña interior, era, en aquel tiempo, una villa real de unos 2.000 habitantes.

<sup>3</sup> Una libra equivalía a veinte sueldos.

bía sido bautizada y que era tártara, aunque de color blanco (*Documento número 7*). Tres días después de la venta, el comprador Joan Montaner, mediante otro documento notarial, se obligaba a no hacer ninguna reclamación al vendedor Felip Ferrer en relación con el estado mental de la esclava comprada (*Documento número 8*).

Finalmente, a principios del año 1400, Bernat Lambart, un mercader que era ciudadano de Barcelona pero que en aquel tiempo residía en Cervera, vendió a Bartomeu d'Avinyó, hostelero cervariense, un esclavo que se llamaba Martí, de origen tártaro y de una edad situada entre los treinta y ocho y los cuarenta años, por el precio de 40 libras y 14 sueldos (*Documento número 12*).

### **PERMUTA DE UNA ESCLAVA POR UN ROCÍN**

Un documento interesante es el texto del año 1371, mediante el cual Ferrer Terré, habitante en Vilafranca del Penedès, daba garantía al cervariense Bertolí de Vilalta acerca de una esclava tártara llamada Maria que le había cambiado por un rocín de pelo negro (*Documento número 2*). Dicho texto nos permite saber que el valor de una esclava y el de un rocín —los dos eran considerados bienes muebles—, en aquel tiempo, eran aproximadamente el mismo.

### **NOMBRAMIENTO DE PROCURADOR PARA LA VENTA DE UNA ESCLAVA**

Deseando vender una esclava sarracena que era negra, la cual había sido bautizada y se llamaba Domínica, Ramon Serra, menor, de Cervera, en el año 1377 nombró procurador suyo para realizar dicha operación comercial a Pere d'Hostafrancs, también habitante en Cervera. Esta esclava, Ramon Serra la había comprado al presbítero Guillem Oliver, que era hebdomadario de la iglesia de San Pedro de la ciudad de Barcelona, por el precio de 28 libras (*Documento número 3*).

### **MANUMISIÓN DE UNA ESCLAVA**

No era un hecho extraordinario que un propietario de un esclavo le concediera la libertad, especialmente si el esclavo podía compensar a su amo mediante la entrega de una suma de dinero. Un buen ejemplo de ello puede ser el documento del año 1396. Según dicho texto, en aquel año, el hostelero cervariense Felip Ferrer y su esposa Brunisendis dieron la libertad a una esclava suya de origen tártaro, que había sido bautizada y se llamaba Agnès, con la condición de que les entregase 1.500 sueldos —o sea, 75 libras— durante los cinco años siguientes. El importe y

la fecha de cada pago sería fijado por la propia Agnès. Por otra parte, la antigua esclava se obligaba, durante este tiempo, a no cometer ningún hurto, a no embriagarse y a no participar en ninguna disputa en la que se vertiera sangre. Sería fiel a sus antiguos amos y continuaría recibiendo de ellos los alimentos básicos, tanto estando sana como enferma. En caso de quedar embarazada, cumpliría ciertas condiciones (*Documento número 9*).

Dos años después del otorgamiento del documento comentado, Agnès ya había satisfecho a Felip Ferrer y su esposa Brunisendis la cantidad concertada de 1.500 sueldos, puesto que sus antiguos amos así lo reconocen mediante un instrumento notarial. Dicho documento nos facilita otra información: Agnès había sido comprada por sus antiguos dueños a Guillem Lleget, un ciudadano de Barcelona (*Documento número 10*). El hecho de que Felip Ferrer y su esposa Brunisendis fuesen hosteleros nos hace suponer que Agnès se dedicaba a la prostitución o que alguna persona le entregó el dinero. De otra manera, en aquel tiempo, le hubiera resultado muy difícil, siendo mujer, reunir en dos años —incluso teniendo ahorros de su época de esclava— la importante suma de 1.500 sueldos.

### CESIÓN DE UN ESCLAVO

El último texto que comentaremos es un documento notarial del año 1398 mediante el cual Bartomeu d'Avinyó y su esposa Ponceta, que eran hosteleros en Cervera, ponían al servicio de Francesc Gombau, habitante en Bellvis, un esclavo llamado Esteve que era propiedad del heredero de Berenguer Saperera. La cesión duraría hasta el día 11 de septiembre del año 1401 y durante dicho tiempo el esclavo sería alimentado y vestido de forma conveniente y no recibiría ningún maltrato. Como pago de los trabajos que realizaría el esclavo, Francesc Gombau entregaría la cantidad de 13 libras y 15 sueldos (*Documento número 11*).

### CONCLUSIONES

De todo lo que llevamos dicho podemos extraer las siguientes conclusiones:

- En la población catalana de Cervera, durante la segunda mitad del siglo XIV, se realizaron varias operaciones relacionadas con el comercio de esclavos.
- Todos los esclavos documentados habían sido bautizados, ya que poseían nombres cristianos. Aunque la mayoría de ellos eran tártaros, hallamos también una esclava griega y otra sarracena que era negra.
- El valor de cada uno de estos esclavos oscilaba entre dieciséis libras y media y las setenta y cinco libras que pagó por su propia libertad una mujer.

## TEXTOS DOCUMENTALES

1

1370, abril, 24. Cervera

*Antoni Feliu, mercader, de Cervera, vende a Berenguer d'Alzamora, presbítero, también de Cervera, una esclava suya, llamada Caterina, por el precio de 16 libras y media.*

Arxiu Històric Comarcal de Cervera (= AHCC), Fons Notarial, Cervera, 10, Pere de Montreal, *Llibre*, 1365-1372, f. 26 v.

Noverint universi quod ego Anthonius Feliu, mercator, ville Cervarie, testimonio huius publici instrumenti vendo et concedo vobis discreto Berengario d'Alzamora, prebitero, Cervarie, tanquam layca et privata persona, et vestris et quibus velitis quandam sclavam, servam et captivam meam, vocatam Caterinam, de natione grecorum, quam habeo titulo venditionis michi facte per Iohannem de Blavia, rectorem ecclesie ville Cervarie, ut in instrumento dicte venditionis, quod factum fuit vicesima secunda die augusti anno a nativitate Domini millesimo CCC LX<sup>o</sup> septimo et clauso per Iacobum Ollarii, notarium publicum ville Apiarie pro rectore eiusdem ville, latius continetur. Hanc autem venditionem et concessionem facio vobis dicto Berengario d'Alzamora et vestris et quibus velitis de predicta sclava, serva et captiva mea cum universis iuribus nunc in ea et pro ea pertinentibus seu competentibus quovis titulo, iure vel ratione sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum intellectum. Extrahendo predictam sclavam, servam et captivam meam de iure, dominio et posse mei et meorum, eandemque in vestrum vestrorumque ius, dominium et posse mitto et transfero irrevocabiliter pleno iure. Inducens vos in possessionem eiusdem per traditionem, quam vobis de eadem facio corporalem et in qua possessione promitto vos et vestros facere potiores. Et cedo vobis omnia iura et actiones reales et personales et alias quascunque michi in dicta sclava, serva et captiva et contra quascunque personas ratione eiusdem et in quibuscunque bonis competentes. Quibus iuribus et actionibus possitis vos et vestri et quos volueritis uti et experiri, agendo, respondendo, deffendendo, excipiendo et replicando et omnia alia faciendo in iudicio et extra iudicium quecunque et quem admodum ego possem ante huiusmodi venditionem et cessionem et possem nunc et etiam postea quandocunque. Ego enim facio et constituo vos in hiis dominum et procuratorem tanquam in rem vestram propriam ad faciendum inde vestram liberam voluntatem. Pro pretio vero dicte slave, serve et captive dedistis et solvistis michi et confiteor me habuisse a vobis et recepisse sexdecim libras et mediam monete barchinonensis de terno. Super quibus renuntio exceptioni non numerate peccunie et non solute et pretii predicti non habiti et non recepti et legi qua deceptis ultra dimidiam iusti pretii subvenit et exceptioni doli mali et actioni in factum. Dando et remitendo vobis et vestris perpetuo si quid hec presens venditio modo plus valet aut amodo valebit pretio ante dicto. Insuper convenio et promitto vobis quod

predicta sclava, serva e captiva quam vobis vendo non fuit ablata seu de furto habita nec de treuga, pace vel pallia domini regis, immo est de bona guerra et de bono et iusto titulo habita seu adquisita. Et quod eandem faciam vos et vestros et quos volueritis habere, tenere et possidere in pace contra omnes personas. Et quod tenebor vobis et vestris et quibus velitis de vitio et evictione eiusdem ad bonam consuetudinem Barchinone. Et, pro hiis complendis et attendendis et tenendis et observandis, obligo vobis et vestris et quibus velitis omnia bona mea, mobilia et immobilia, ubique habita et habenda. Et quantum ad hec renuntio omni cuilibet iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Quod est actum Cervarie vicesima quarta die aprilis anno a nativitate Domini millesimo CCC<sup>o</sup> septuagesimo. Sig+num Anthonii Feliu predicti, qui hec firmo, concedo et laudo.

Testis huius rey sunt discretus Petrus Avela, prebiter, et Raymundus Brisom, scriptor, Cervarie.

Fiat apocha qua firmata fuit per dictum Anthonium die predicta et testibus predictis presentibus.

## 2

1371, marzo, 7. Cervera

*Ferrer Terré, habitante en Vilafranca del Penedès, da garantía acerca de una esclava suya, llamada Maria, que ha cambiado por un rocín, a Bertolí de Vilalta, habitante en Cervera.*

AHCC, Fons Notarial, Cervera, 13, Ramon de Vilaplana, *Llibre*, 1371-1375, papel suelto.

Noverint universi quod ego Ferrarius Terré, habitator Ville Franche Penetensis, attendens quod ego excambiavi, permutavi et firavi vobiscum Bertholino de Vilalta, habitatori ville Cervarie, quandam sclavam, servam et captivam meam, vocatam Mariam, de genere tartarorum, cum quodam roncino vestro, de pilo negro, attendens etiam quod in tractatu dicte permutationis et fire fuit per me promissum vobis dicto Bertholino de Vilalta quod ego haberem vobis et vestris facere legalem guirentiam de dicta sclava, serva et captiva predicta, idcirco, testimonio huius publici instrumenti, promito et convenio bona fide vobis dicto Bertholino de Vilalta et vestris quod predictam sclavam, servam et captivam quam vobiscum permutavi, excambiavi et firavi, ut est dictum, faciam ego et mei vos et vestros et quos volueritis perpetuo habere, tenere et possidere potenter et in pace ac legitime defendere et de firma et legali evictione teneri promito iuxta pactum inter me et vos inhitum in hunc modum quod si forsitan aliquo tempore quo aliqua petitio vel demanda vobis vel vestris fieret in aut super predicta sclava iuste vel iniuste seu contra vos seu vestros in iudicio vel extra iudicium promito vobis dicto Bertholino de Vilalta et vestris quod statim cum inde a vobis seu vestris fuero requisitus opponam et presentabo aut satisdabo pro vobis et vestris cuilibet querelanti de predicta sclava vel

asserenti se habere ius in eadem et a principio litis usque ad finem suscipiam in me honus litigii sive cause et litigabo inde pro vobis et vestris et ducam et agam bene et legitime meis et meorum propriis sumptibus et expensis vel vos seu vestri si maueritis, possitis et possint ipsam causam seu causas absque aliqua diminutione agere et ducere per vos ipsum vel per procuratorem vestrum et hoc sit in electione vestra et vestrorum successorum ego ex certa scientia et ex pacto expresso remitto vobis et vestris necessitatem denuntiationis. Et, si vos et vestri eligeritis tractare vel ducere ipsam causam seu causas in propria persona vel per procuratorem vestrum seu vestrorum, promitto vobis et vestris quod ego dabo, restituiam et solvam vobis et vestris ad totam vestram voluntatem in continenti cum inde a vobis seu vestris fuero requisitus omnes expensas in lite et circa litem factas. Et quidquid et quantum inde a vobis vel vestris simul cum omni dampno, gravamine, missione et interesse que inde sustinueritis pro premisis sive obtineatis in causa sive etiam subcumbatis et quod vos et bona vestra quantum ad hec serbavo indempnem omni casu. Et credatur et credi volo vobis et vestris super ipsis dampnis, missionibus, interesse et expensis solo simplici verbo vestro et vestrorum vel soliti proprio iuramento per vos et vestros prestado, nullo alio probationis genere requisito, quod iuramentum vobis et vestris nunc ut ex tunc et econtra remito de presenti et pro remiso haberi volo. Renuntians expresse legi sive iuri dicenti sacramenti dilationem ante ipsius prestationem posse revocari et mandato iudicis taxari et legi sive iuri cuilibet que lo quitament de expensis non restituendo et restitutionis da[m]pnorum fieri non posse. Et pro predictis omnibus et singulis firmiter attendendis et complendis et pro evicione, guirentia, salvitate et defensione omnium et singulorum predictorum vobis et vestris perpetuo faciendis, renuntians quantum ad hec iuribus, legibus, iuribus [sic], usibus, constitutionibus et consuetudinibus contra predicta repugnantibus et legi sive iuri dicenti generalem renuntiationem non valere nisi specialis precedat, obligo inde vobis dicto Bertholino de Vilalta et vestris me et omnia bona mea, mobilia et immobilia, habita et habenda, ubique sint. Et ut predicta firmiter serbentur iuro per Deum et eius sancta IIII<sup>or</sup> evangelia coram posita et manu mea corporaliter tacta predicta omnia et singula attendere, complere et in aliquo non contra facere seu venire iure aliquo, causa vel ratione que dici posse seu etiam nominari. Quod est actum Cervarie septima die martii anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> primo. Sig+num Ferrarii Terré predicti, qui hec concedo, firmo et iuro.

Testes huius rey sunt Iacobus Lobet, sutor, Bernardus d'Ostalers, Cervarie, et Miquael Riera, cursor, ville Sancte Columbe de Queralto.

3

1377, mayo, 22. Cervera

*Ramon Serra, menor, de Cervera, nombra procurador suyo a Pere d'Hostafrancs, habitante en Cervera, para que venda una esclava suya llamada Domínica.*

AHCC, Fons Notarial, Cervera, 1, Ramon Rama, *Llibre*, 1376-1377, f. 54 v.

Sit omnibus notum quod ego Raimundus Serra, minor dierum, ville Cervarie, ex certa scientia, constituo et ordino certum et specialem procuratorem meum vos Petrum d'Ostaffranchs, habitatorem dicte ville, presentem, et onus huiusmodi procuratoris in vos sponte suscepiante ad vendendum, distrahendum et aliter alienandum per me et nomine meo in enquantu publico et sine et cum curritore et sine et cui sive quibus vos volueritis et pro illo pretio quod inde reperire poteritis seu invenire et alias, prout vobis videbitur experiri, et cum emptore seu emptoribus poteritis convenire quandam sclavam, servam et captivam meam, baptheatam, nigram, de genere sarracenorum, vocatam Dominicam, per me autem seu nomine meo emptam a venerabile Guillemo Olivarii, prebitero, ebdomedario ecclesie Sancti Petri Barchinone, pretio videlicet viginti octo librarum monete barchinonensis, ut patet per publicum instrumentum inde confectum. Dans et atribuens vobis dicto procuratori meo plenam et liberam potestatem dictam servam captivam vendendi, distrahendi et alienandi, pretium inde recipiendi, apocham et apochas de eodem faciendi et firmandi, loca et iura mea cedendi et dandi et emptorem seu emptores dominos et procuratores in rem suam constituendi et eum vel eos in possessionem plenam et vacuam de ipsa serva per ipsius serve traditionem inducendi et ponendi et pro evictione bona mea et illa que michi pro ea extare obligata ad consuetudinem Barchinone obligandi, iuxta seriem et tenorem instrumenti emptionis mee predictae, et omnia alia faciendi, firmandi, laudandi et exercendi que in contractibus empti et venditi facienda, laudanda fuerint et exercenda et que ego facere possem si presens essem et que potest et debet facere procurator ad talia vel similia constitutus. Quoniam super predictis comito vobis plenarius vices meas cum libera et generali administratione. Promittens vobis dicto procuratori meo, presenti, necnon notario infra scripto hec a me pro vobis et pro omnibus, etc., quorum interest, intererit aut interesse poterit in futurum legitime stipulanti et recipienti me habere ratum, gratum enim atque firmum quitquid in predictis et circa predicta per vos dictum procuratorem meum actum, factum sive gestum fuerit et nullo tempore revocabitur sub bonorum meorum omnium obligatione. Quod est actum Cervarie XXII<sup>a</sup> die madii anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> septimo. Sig+num Raimundi Serra predicto, qui hec firmo, concedo et laudo.

Testes huius rei sunt Iohannes Zavila, Cervarie, et Berengarius Gaçul, de Fonyleres.

## 4

1379, septiembre, 3. Barcelona

*Ramon Alemany de Cervelló, caballero, señor de las baronías de Querol y Subirats, vende a Rigot de Nicòsia, comendador de la casa de San Juan de Jerusalén en Barcelona, un esclavo suyo, llamado Martí, y una esclava suya, llamada Caterina, por el precio de 50 libras.*

AHCC, Fons Notarial, Cervera, 14, Antoni d'Agramuntell, *Llibre*, 1378-1383, s. f.



Noverint universi quod nos Raimundus Alamanni de Cervilione, miles, dominus baroniarum de Querol et de Sobirats, ex certa scientia vendimus vobis venerabili et religioso fratri Rigoto de Nicossa, comendatori domus Sancti Iohannis Iherolomitani civitatis Barchinone, quendam servum, sclavum et captivum nostrum, vocatum Martí, et quandam servam et captivam nostram, vocatam Catarina, uxorem dicti Martini, de natione tartarorum, etatis quadraginta quinque annorum vel circa. Hanc itaque venditionem facimus vobis et vestris et quibus velitis sicut melius dici potest et intelligi ad salvamentum et bonum intellectum vestri et vestrorum. Et extrahimus predictos servum et servam, quem et quam vobis vendimus, de iure, dominio et posse nostri et nostrorum, eosdemque in vestrum vestrorumque ius, dominium et posse mittimus et transferimus irrevocabiliter pleno iure. Inducentes vos de predictis servo et serva in corporalem possessionem per traditionem, quam vobis facimus de eisdem. Et ex causa venditionis damus, cedimus et mandamus vobis et vestris et quibus velitis perpetuo omnia iura omnesque actiones nobis competentia et competentes in predictis servo et serva et contra quascunque personas et res ratione eorumdem. Quibus iuribus et actionibus predictis possitis vos et vestri et quos volueritis uti, agere et experiri et omnia alia facere in iudicio et extra quem admodum nos poteramus ante presentem venditionem et iurium cessionem et possemus nunc et postea quandocunque. Nos enim facimus et constituimus vos et vestros in hiis dominum et procuratorem in rem vestram propriam ad faciendum inde vestre libitum voluntatis. Pro pretio vero dictorum servi et serve dedistis et solvistis nobis et confitemur nos habuisse et recepisse a vobis quinquaginta libras monete barchinonensis de terno. Et ideo renuntio exceptioni peccunie non numerate et pretii predicti non habiti et non recepti et legi qua deceptis ultra dimidiam iusti pretii subvenitur et exceptioni et actioni de dolo malo et in factum et omni alii iuri hiis obvianti. Dando et remitendo vobis et vestris si quit predicti servus et serva plus modo valent vel amodo valebunt pretio ante dicto. Insuper convenimus et promittimus vobis quod predictos servum et servam, quos aserimus non esse ablatos nec furto habitos nec de pace, treuga vel palia domini regis, immo esse de bona guerra, faciemus vos et vestros et quos volueritis habere, tenere et possidere in pace contra omnes personas. Et quod tenebuntur vobis et vestris de vitio et evictione eorumdem, de morbo caduco et aliis morbis absconsis ad bonam consuetudinem Barchinone. Et, pro hiis complendis et attendendis, obligamus vobis et vestris omnia bona nostra, mobilia et immobilia, habita et habenda. Hec igitur que dicta sunt supra facimus, paciscimur et promittimus nos dictus venditor vobis emptori prefato necnon et notario infra scripto tanquam publice persone pro vobis et aliis etiam personis quarum interest et intererit recipienti et paciscenti ac etiem legitime stipulanti. Quod est actum Barchinone tertia die septembris anno a nativitate Domini millesimo CCC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> nono. Sig+num nostri Raimundi Alamanni de Cervilione predicti, qui hec concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt venerabilis Berengarius Badorch, scriptor domini regis, et Bernardus Bages, cives Barchinone.

[A continuación, hay el recibo del dinero].

1388, abril, 25. Tàrrega

*Jaume Sacirera, doncel, habitante en Cervera, con consentimiento de su esposa Margarida, vende a Dalmau Vidal, también habitante en Cervera, una esclava suya, llamada Maria, por el precio de 31 libras y 10 sueldos.*

AHCC, Fons Notarial, Cervera, 11, Miquel de Salvanera, *Llibre*, 1387-1388, f. 19.

Noverint universi quod ego Iacobus Zacirera, domicellus, habitator ville Cervarie, testimonio huius publici instrumenti ubique in suo pleno ac firmo robore proprio valituri et duraturi, gratis et de certa scientia et de consensu domine Margarite, uxoris mee, vendo, concedo et vendendo corporaliter seu generaliter trado vobis Dalmatio Vitalis, habitatori ville predicte, et vestris et quibus vobis placerint quandam babbittatam sclavam, servam et captivam meam, de genere tartarorum, vocatam Maria, in etate viginti sex annorum vel circa constitutam, quam dudum emi a Muntserato Dalits, procuratore Arnaldi de Curtibus et eius uxoris Romie, ville Apiarie. Ita tamen quod ipsam vendere vos nec vestri successores nequeatis donare vel permutare alicui seu aliquibus habitatoribus Barchinone ad finem quod in ipsa civitate aut eius suburbis habitationem faceret, quod si faceretis sit vobis amissa et michi pro medietate et relique baiulo Cervarie adquisita. Et inde in continenti de dicta sclava sub retentione premissa mito et pono vos dictum emptorem et vestros in tentione et corporaliter possessione per traditionem corporaliter, quam de eadem vobis feci, ad habendum, teneandum, possidendum, dandum, vendendum, alienandum sive etiam retinendum et ad faciendum omnes vestras vestrorumque voluntates et quorum vobis placuerit proprio faciendas. Et hanc venditionem vobis facio de sclava predicta pretio triginta unius librarum et decem solidorum monete barchinonensis terni, quas omnes a vobis habui et recipi et ad totam meam voluntatem bene vestri paccatus sum et contentus. Idem renuntio exceptioni venditionis predicte per me vobis non facte et pretii predicti non habiti, non numerate et non recepti et doli et beneficio minoris pretii et illi legi et iuri que corrigunt deceptionem in venditione in dimidia vel ultra dimidiam iusti pretii et omni alii legi et iuri canonico et civili hiis in aliquo obviant. Verum scienter et consulte dono et concedo vobis emptori predicto et vestris in donatione pura, mera, libera et irrevocabili inter vivos siqui hec venditio predicta plus iam dicto valet pretio vel quare in posterium valitura. Insuper convenio et promito bona fide vobis dicto emptori et vestris quod dictam sclavam quam vobis vendo non ablatam seu furto habitam nec de pace, palia vel treuga domini regis, imo de bona guerra, et etiam quod furtum seu crimen aliquod non comisset nec quod habet morbum caducum aut aliquod morbum in se absconsum, excepte quod aliquantulum claudicat. Faciam vos et vestros et quos volueritis habere et possidere in pace contra omnes personas. Quodque tenebor vobis et vestris et quibus volueritis de vitio et evictione eiusdem aut si furtum vel crimen aliquod comisserit usque in presenti die et alias ad usum et consuetudinem civitatis Barchinone et de lit[ib]us, expensis et de toto dampno et interesse vestri et vestrorum in iudicio et extra omni exceptione remota sive obtineatis in causa seu causis sive etiam subcumbatis. Super quibus

dampnis et expensis, ad onus probationis evitandum, credi et stare habeam ego et mei vestro et vestrorum proprio iuramento, nullo alio probationum genere requisito. Renuntians scienter iuri dicenti quod defferens iuramentum alicui antequam pres-tetur potest licite per defferentem recusari et mandato iudicis tatarari seu defferri et omni alii hiis obvianti. Et, pro hiis omnibus sic attendendis, servandis et complendis et pro quietentia et evictione predictorum inde vobis fiendis, renuntians omnibus legibus et iuribus hiis obviantibus, obligo vobis dicto emptori et vestris me et omnia bona mea, mobilia et immobilia, habita et habenda ubique. Ad hec ego dicta Margarita, uxor dicti venerabilis Iacobi Zacirera, venditoris predicti, laudans, aprobans et confirmans omnia et singula supra dicta et eisdem expresse consentiens, prout melius et plenius superius continetur, gratis et de certa scientia, convenio et promito bona fide vobis dicto emptori et vestris quod contra predicta vel eorum aliquod nunquam faciam vel veniam pretextu dotis mee seu sponsalicii mei nec iuris ypotecharum mearum nec ex quacunque alia ratione seu causa. Quinymo, sciens predicta vobis vendita et cetera bona dicti mariti mei vobis pro hiis obligata fore prius michi obligata et ypotechata pro dote et sponsalicio ac aliis iuribus meis et alias cerciorata ad plenum de iuribus meis, renuntio quantum ad hec scienter et consulte ipsis doti et sponsalicio meis et iuri ypotecharum mearum quod vobis et vestris quantum ad hec ex pacto remito necnon et beneficio velleyani senatus consulti et auctentice «Si qua mulier posite» codicis *Ad velleyanum* et omni alii iuri hiis obvianti. Et ambo dicti coniuges iuramus gratis in manibus vestris per dominum Deum et hec eius sancta quatuor evangelia coram posita et manibus vestris corporaliter tacta predicta omnia per nos facta, dicta et promissa attendere, tenere, servare et complere et non contra facere seu venire aliqua ratione, iure seu causa. Ad hec ego dictus Dalmatius Vitalis, emptor predictus, laudo et aprobo dictam venditionem et retentionem preinsertam et promito ipsi retentioni non contra venire nec contra facere sub amissione dicte slave per modum qui supra amitendi. Quod fuit actum in villa Tarrege vicesima quinta die aprilis anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> octavo. Sig+num Iacobi Zacirera, sig+num Margarite, eius uxoris, sig+num Dalmatii Vitalis, predictorum, qui hec ad invicem concedimus et firmamus et nos dicti coniuges iuramus.

Testes huius rei sunt Ffranchischus Baberes et Berengarius d'Ostales, Cervarie, firme et iuramenti dicti Iacobi Zacirera et firme Dalmatii Vitalis predicti. Et etiam firme et iuramenti dicte Margarite, uxoris dicti Iacobi Zacirera, que predicta firmavit et iuravit in villa Cervarie vicesima octava die aprilis dicti anni.

[A continuación, hay el recibo del dinero].

1389, marzo, 7. Cervera

*Guillem Terrassa, de Barcelona, vende a Felip Ferrer una esclava suya, llamada Joana, por el precio de 30 florines.*

AHCC, Fons Notarial, Cervera, 17, Francesc Sabater, *Manual*, 1389-1390, f. 27.

Guillemus Terraça, Barchinone, vendo vobis Filipo Fferrarii quandam servam meam vocatam Iohanna, de genere tartarorum, quam habeo de bona guerra. Pretio triginta florenorum, quos a vobis habui. Facio vobis [...] quod est de bona guerra. Obligo [...] de vitio et morbo.

Firmavit apocham.

VII<sup>a</sup> martii.

Testes Vicentius Sorribes et Arnaldus de les Eres, Cervarie, et Iohannes de la Guerra, porterus domini regis.

7

1389, junio, 12. Cervera

*Felip Ferrer y Brunisenda, esposa suya, habitantes en Cervera, venden a Joan Montaner, portero del rey, también habitante en Cervera, una esclava suya, llamada Joana, por el precio de 40 florines.*

AHCC, Fons Notarial, Cervera, 7, Pere Cortès, *Manual*, 1389-1391, f. 9.

Noverint universi quod nos Philipus Ferrarii et Brunisendis, eius uxor, habitatores Cervarie, cum hoc presenti instrumento vendimus, concedimus et corporaliter tradimus seu quasi vobis Iohani Muntanerii, hostiario domini regis, habitatori eiusdem ville, et vestris, quandam servam meam [*sic*] seu captivam, nomine Iohanam, de genere tartarorum, christianam tamen, albam. Hanc autem venditionem facimus vobis et vestris de dicta serva sicut melius dici potest, intelligi aut cogitari salvamentum vestri et vestrorum. Inducentes ac ponentes vos et vestros in posesionem corporalem seu quasi de dicta serva per traditionem ipsius ad omnes vestras voluntates inde libere perempniter faciendas. Et, ex causa et titulo presentis venditionis, cedimus vobis et vestris omnia loca, iura, voces et actiones, reales et personales, utiles et directas sive etiam mixtas et quaslibet alias nobis et alteri nostrum pertinentes et pertinere debentes in predicta serva ratione emptionis de eadem per me dictum Philipum facte a venerabili Guillemo Terraza, de domo domini regis, prout patet per publicum instrumentum confectum et clausum per discretum Iacobum Zabaterii, notarium, septima die martii anno a nativitate Domini infra scripto, quod simul cum apocha pretii eiusdem vobis trado sincerum et integrum, et contra quascunque personas et res ratione aut occasione eorum. Quibus iuribus, vocibus et actionibus nostris predictis positus vos et vestri et quem seu quos volueritis uti, agere et experiri, agendo, respondendo, defendendo, excipiendo, replicando et triplicando et omnia alia et singula faciendo in iudicio et extra quecunque nos facere posemus ante presentem cesionem et postea etiam quandocunque. Constituentes vos dominum et procuratorem ut in rem vestram propriam ad omnes vestras voluntates inde libere faciendas. Pro pretio autem dic-

te serve seu captive dedistis et solvistis nobis et nos a vobis habuisse et recepisse confitemur quadraginta florenos auri Aragonie qui ad forum undecim solidorum pro quolibet floreno valent quadringentos quadraginta solidos, de quibus ad meam voluntatem bene vestri paccati sumus et contenti. Ideo renuntiamus exceptioni venditionis predicte non facte et pretii predicti non habiti et peccunie non habite, non numerate et non recepte et doli et in factum actioni et legi seu iuri que corrigit deceptionem in venditione in dimidia vel ultra dimidiam iusti pretii et omni alii legi et iuri premisis obviam vementibus. Et licet dictum pretium sit suficiens atque iustum atenta valore serve predicte tamen ad cautelam si iam dicta serva plus iam dicto valet pretio vel est in posterum valitura tantum illud plus vobis et vestris damus pura, perfecta et irrevocabili donatione inter vivos ad omnes vestras voluntates inde libere faciendas. Insuper promittimus et convenimus bona fide sollempni stipulatione interposita in manu et posse infra scripti notarii pro vobis et illis omnibus quorum interest et poterit interesse legitime stipulanti et recipienti quod predicta serva non fuit ablata vel de furto habita nec de pace aut palagia domini regis. Immo facimus vos ipsam habere, tenere et in pace pacifice possidere contra omnes personas. Et quod dicta serva est sana et sincera. Et super predictis omnibus et de vitio et morbo caduco et absconso ad consuetudinem civitatis Barchinone eiusdem vel eius legales girentes unde pro girentia et salvitate vobis et vestris faciendis renuntiationem beneficio dividende actionis et nove constitutionis de duobus reis stipulantibus et epistole divi Adriani et omni alii legi et iuri premisis obviantibus et specialiter ego dicta Brunisendis auxilio et beneficio senatus consulti velleyani et iuri ypotecarum mei obligamus vobis et vestris nos et omnia bona nostra, mobilia et immobilia, habita et habenda. Et ut predicta firmiter observentur iuramus per Deum et eius santa quatuor evangelia coram posita et a vobis tacta predicta omnia tenere et servare et eisdem non contra facere aliqua ratione. Factum est hoc Cervarie duodecima dies mensis iunii anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo octuagesimo nono. Sig+num Philippi Ferrarii, sig+num Brunisendis, eius uxoris, predictorum, qui hoc firmamus et concedimus et iuramus.

Testes huius rey sunt Guillemus Carraneu, curritor, Guillemus Foguet et Guillemus Solà, parator, Cervarie habitatores.

*[A continuación, hay el recibo del dinero y un reconocimiento de deuda].*

1389, junio, 15. Cervera

*Joan Montaner, habitante en Cervera, se obliga a no hacer ninguna reclamación a Felip Ferrer, también habitante en Cervera, en relación con el estado mental de una esclava llamada Joana que le ha comprado.*

AHCC, Fons Notarial, Cervera, 7, Pere Cortès, *Manual*, 1389-1391, f. 12 v.

Noverint universi quod ego Iohanes Muntanerii, habitator ville Cervarie, atens quod vos Philipus Ferrarii, habitator ville Cervarie, venditionem michi fecistis de quadam serva seu esclava, nomine lohana, pretio viginti duarum librarum, prout in instrumento dicte venditionis per infra scriptum notarium recepto duodecima die iunii anno predicto continetur, atens etiam quod licet in instrumento dicte venditionis contineatur quod dicta serva seu esclava est sana et sincera et quod super ipsis de vitio et morbo caduco estis legalis guirens michi, ac tamen est verum quod fuit comprehensum inter me et vos quod si dicta serva seu esclava est vel fuerit furiosa aut mente capta quod vos super hiis vel pro pretio restituendo. Id cum hoc presenti instrumento confiteor vobis quod iuxta pactum inter me et vos inhitum si dicta serva vel sclava est vel fuerit furiosa aut mente capta quod vos de hiis pro girentia aut pretio restituendo michi aut meis minime tenemini nec teneri volo nec super hiis pasim vos in iudicio vel extra vos convenire nec ad iudicium trahere. Inponens michi et meis super hiis silentium sempiternum cetera in dicto instrumento contenta in suis robore permanentibus. Ego enim promitto predicta tenere et servare et in aliquo non contra facere vel venire aliqua ratione sub obligatione omnium bonorum meorum presentium et futurorum. Ffactum est hoc Cervarie XV<sup>a</sup> die mensis iunii anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> IX<sup>o</sup>. Sig+num Iohannis Muntanerii, predicti, qui hoc firmo et concedo.

Testes huius rey sunt Iacobus de na Geralda et Pontius de Graells, Cervarie.

## 9

1396, abril, 28. Cervera

*Felip Ferrer, hostelero, y Brunisendis, esposa suya, habitantes en Cervera, conceden, bajo ciertas condiciones, la libertad a una esclava suya llamada Agnès.*

AHCC, Fons Notarial, Cervera, 15, Jaume Martorell, *Llibre*, 1392-1397, f. 94 v.

Noverint universi quod nos Falipus Ferrarii, hostalerius, et Brunissendis, eius uxor, habitatores ville Cervarie, gratis et ex certa scientia, per nos et omnes heredes et successores nostros quoscunque, volentes te Agnès, neophitam servam et captivam nostram, que fuisti de genere tartarorum, favore prosequi gratiose, convenimus tecum dicta Agnès, serva et captiva nostra, super libertate sive alforria per nos tibi prestanda et concedenda in hunc modum et formam quod tu predicta libertate sive alforria per nos tibi prestandis et concedendis des et solvas nobis et dare et solvere tenearis mille et quingentos solidos barchinonenses de terno, quos nobis et nostris solvere et tradere infra quinque annos proxime venturos et per illas solutiones quibus poteris et volueris, cum pacto expresso inter nos quod, si non feceris, revertaris captivam nostram et quod maneat nobiscum in hospitio nostro aut cui vel quibus voluerimus. Item quod non exias villa Cervarie vel eius terminos sine nostri licentia et permissu et, si infra quatuor die[s] non revertaris ad nos seu quibus voluerimus, remanans captivam nostram ut eras. Item quod alicui furtum non

facias nec inebries te nec moveas alicui bricham sive lites propter quam sanguinem excutias. Item quod non male dirigas sive procures seu male tractes negotia nostra. Item quod nobis seu rebus aut bonis nostris aliquod dampnum, iniuriam vel offensam non inferas nec procures. Et nos promittimus tibi dicte Agnès quod recipiemus a te dictos mille et quingentos solidos infra dictos quinque annos et per illos terminos et solutiones in pecunia tamen numerata, de quibus et prout tibi placuerit. Quodque interim donem scilicet dictam quantitatem nobis integre persolveris et nos providebimus tibi de nostro proprio in cibo et potu dum tatxat, tam in sanitate quam in infirmitate. In ceteris vero alimentis tibi necessariis tenearis et habeas tibi providere. Tenearis etiam nobis esse fidelis et legalis, patiens, humilis et intenta donec premissa omnia fuerint completa, nostrum bonum querendo et dampnum pro viribus evitando. Quod, si tu dictam quantitatem ad quam certum convenimus infra dictum tempus nobis integre non solveris et alia pacta et condiciones desuper aponitas non compleveris et servaveris ut sunt dicta, in quolibet horum casuum sis captiva et serva nostra, prout nunc es et eras ante presentis confectionem, et ad te vendendo, testando et alias possimus pro libito disponere voluntatis. Quicquid vero de dicta tallia sive quantitate nobis tunc persolveris sit tibi amissum et nobis et bonis nostris totaliter acquisitum et ultra hoc serva et captiva nostra et nostrorum sis realiter et efficians [sic]. Cum vero tu predictam quantitatem conventam nobis integre persolveris aliaque pacta et condiciones preexpressas compleveris, ut sunt dictas, nos tunc faciemus tibi et facere promittimus et habeamus instrumentum pure libertatis et alforrie et ex tunc sis libera et alforra et a dominio et servitute nostri et nostrorum quitia penitus et exempta. Intelligatur tamen et nobis expresse retinemus quod, si forte autem quam quantitatem conventam nobis integre solveris contigerit te gravidam officii seu pregnatem, omnis proles a te isto interim nascitura vel etiam ex post si tamen infra ipsum tempus partum huiusmodi concepisses sit nostra serva propria et captiva sive masculini generis fuerint sive etiam feminini servitutique et dominio nostri et nostrorum penitus subiecta et de eis possimus vendendo et aliter disponere ad libitum voluntatis. Retinemus etiam nobis quod ubi etiam tu dictam quantitatem conventa nobis integre persolvisses et alia predicta integre complevisses ulterius tenearis omnem prolem a te tunc natam vel nascituram que, ut predicatur, nostra est per duos annos a die qua predictam quantitatem conventam nobis integre persolvisses continue sequuturos lactare de tua lacte et alias utiliter procurare. Et tam in defectu dicte proles quam in casu existentie eiusdem omni casu tenearis et habeas per dictos duos annos nobiscum stare et morari et in nostro servitio singula peragere bene et legaliter atque nunc seu antea tenebaris salva tibi eo casu libertate predicta. Pro predictis autem omnibus et singulis complendis et attendendis ac firmiter observandis uterque nostrum in solidum obligamus tibi et tuis omnia bona nostra, mobilia et immobilia, habita et habenda. Renuntiantes quantum ad hec beneficio novarum constitutionum et divididarum actionum et epistole divi Adriani. Et specialiter ego dicta Brunissendis, cerciorata de iuribus meis, beneficio velleyani senatus consulti et auctentice «Si qua mulier posite» codicis *Ad velleyanum* et quo ad obligationem bonorum dicti mariti mei doti et sponsalicio meis et iuri ypothecarum mearum quod vobis et vestris quantum ad hec

ex pacto remito et ambo omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus. Ad hec ego dicta Agnès, laudans, aprobans et confirmans omnia et singula supra dicta, recipiens a vobis dictis coniugibus dominis meis conventionem huiusmodi cum gratiarum uberi et humili actione sub pactis videlicet et conditionibus ac modo et forma superius designatis, quibus expresse consentio, gratis, convenio et promito vobis dictam quantitatem conventam solvere et alia predicta omnia quatenus me tangent seu a me complenda sunt attendere et complere, tenere et observare, prout superius continentur, et in nullo contra facere vel venire iure aliquo sive causa. Et pro hiis servandis firmiter et complendis obligo vobis et vestris me personaliter et omnia bona mea, mobilia et immobilia, habita et habenda. Iurantes sponte nos omnes dicti contrahentes per dominum Deum et eius sancta quatuor evangelia, manibu nostris corporaliter tacta, predicta attendere et complere, tenere et observare, et in nullo contra facere vel venire iure aliquo sive causa. Volentes quod de hiis fiant duo publica consimilia instrumenta, quorum alterum nobis dictis coniugibus et altera michi dicte Agnès tradatur per notarium infra scriptum. Quod est actum Cervarie vicesima octava die aprilis anno a nativitate Domini millesimo CCC<sup>o</sup> nonagesimo sexto. Sig+num Phelipi Fferrarii, sig+num Brunissendis, eius uxoris, sig+num Agnès, predictorum, qui hec concedimus, firmamus, laudamus, promittimus et iuramus.

Testes huius rei sunt discretus Iacobus Çabater, notarius Cervarie, Petrus Magayll, civis civitatis Barchinone, et Anthonius de Altaffuylla, Cervarie.

## 10

1398, mayo, 23. Cervera

*Felip Ferrer y Brunisendis, esposa suya, de Cervera, reconocen haber recibido de Agnès, antigua esclava suya, 1.500 sueldos, a cambio de los cuales le han concedido la libertad.*

AHCC, Fons Notarial, Cervera, 15, Jaume Martorell, *Llibre*, 1392-1397, f. 95 v. y borrador adjunto.

Noverint universi quod nos Philipus Fferrarii et Brunissendis, eius uxor, ville Cervarie, cum hoc presenti publico instrumento confitemur et in veritate recognoscimus tibi Agnès, que serva sive sclava nostra eras, nostri dicti Felipi, et quam ad talliam sive alfolriam dedimus ad quantitatem mille quingentorum solidorum barcinonensium, ut in instrumento alfolrrie recepto per notarium infra scriptum XXVIII<sup>a</sup> die aprilis anno a nativitate Domini millesimo CCC<sup>o</sup> nonagesimo sexto continetur, dedistis, tradidistis et solvistis nobis et a te dicta Agnès habuimus et recepimus numerando pro dicta alfolria sive tallia in bona pecunia dictos mille quingentos solidos [...] in quibus fuisti talliata. Et quare veritas facti talis est facimus tibi de predictis mille quingentis solidis presens apoche instrumentum et bonam et perpetuam finem et pactum de ulterius non petendo solempni stipulatione vallatum in posse notarii inf-



fra scripti. Et tornamus tibi dicte Agnès instrumentum venditione michi dicto Felipo factum per Guillemum Leget, civem civitatis Barchinone, necnon etiam instrumentum dicte alfolrrie. Quod est actum Cervarie XXIII<sup>a</sup> die madii anno a nativitate Domini millesimo CCC<sup>o</sup> nonagesimo octavo. Sig+num Phelipi Fferrarii, sig+num Brunissendis, eius uxoris, predictorum, qui hec concedimus et firmamus.

Testes huius rei sunt venerabilis Guillemus de Fferrera, civis Barchinone, et discretus Iacobus Çabater, notarius Cervarie.

11

1398, julio, 1. Cervera

*Bartomeu d'Avinyó y Ponceta, esposa suya, hosteleros, de Cervera, ponen al servicio de Francesc Gombau, habitante en Bellvís, un esclavo llamado Esteve que es propiedad del heredero de Berenguer Saperá.*

AHCC, Fons Notarial, Cervera, 18, Pere de Salvanera, *Manual*, 1397-1399, f. 95 v.

Nos Bartholomeus d'Avinyó et Ponceta, uxor eius, hostalerii, ville Cervarie, gratis, etc., hinc ad undecimam diem sepembris proxime instantis et a dicta undecima die septembris proxime instantis ad tres annos tunc primo venturos et continue secuturos et a dicta die in antea computandos, per quod tempus Stefanus, qui olim erat captivus sive sclau Berengarii Çapera, quondam loci Granyene, habet morari nobiscum et nostris occasione sive pretextu afirmamenti michi dicto Bartholomeo d'Avinyó facti pro certa pecunie summa de dicto Stefano per Raymundum Çapera, loci de Ciutadiylla, ut tutore et curatore Ffrancisci Çapera, filii, pupilli et heredis universalis dicti Berengarii Çapera, ut constat plenius de dicto afirmamento cum instrumento acto Cervarie XI<sup>a</sup> die septembris anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XC<sup>o</sup> septimo receptoque per Petrum de Salvoneriis, notarium subscriptum, afirmo vobiscum Ffrancisco Gombau, habitatore loci de Belvís, dictum Stefanum, captivum sive sclau dicti Berengarii Çapera et pro nunc eius heredis, in nuntium vestrum ad faciendum omnia vestri precepta licita et honesta in hunc modum quod teneamini ipsum providere bene et decenter in comestione, potu, cubitu, vestitutu et calciatu peduum et tibiaram, bene et decenter tam sane quam egre, et ipsum dirigere et in nullo maletractare. Et ulterius teneamini nobis dare pro solidata dicti temporis terdecim libras et quindecim solidos barchinonenses terni ante quam vobiscum ducatis dictum Stefanum. Promittens nos efectivos et curatores, omni contrarietate et exceptione reiectis, quod dictus Stefanus stabit assidue vobiscum et cum vestris per totum dictum tempus et quod vobis nec bonis vestris dampna aliqua non dabit. Et si foret aliqua dampna vobis daret promito ea restituere una cum missionibus et expensis. Et si recederet a vestro servitio quod eo casu nos teneamini ipsum in posse vestro tornare nostris propriis sumptibus. Insuper promittimus facere habere per dictum tempus, etc. Et pro hiis renuntiamus, etc., obligamus bona, etc., et iura,

etc. Renuntiamus tamen nobis et nostris quod de restitutione seu refectione dictarum XIII librarum et quindecim solidorum seu alicuius partis eorum nec ad aliquod dampnum seu interese[m] vestrum minime vobis seu vestris teneamur casu quo infra dictum tempus infirmitatibus aliquibus esset detentus in quibus ipsum ut prefertur eum tenemini providere vel forsán morte naturali aut alia morte moriretur seu dies suos finiret quovis modo.

Ad hec ego dictus Ffrancischus Gombau promito predicta complere et dictas terdecim libras et quindecim [solidos] vobis solvere ut prefertur sub bonorum nostrorum cum obligatione et iure, etc. Ordinetur preinsertum instrumentum ut largius poterit ad totum comodum utriusque partis.

Actum Cervarie die proxime dicta.

Testes Petrus d'Alentorn, studens, et Ffrancischus Laurador, ville Cervarie habitatores.

## 12

1400, enero, 15. Cervera

*Bernat Lambart, mercader, ciudadano de Barcelona actualmente residente en Cervera, vende a Bartomeu d'Avinyó, hostelero, de Cervera, un esclavo suyo, llamado Martí, por el precio de 40 libras y 14 sueldos.*

AHCC, Fons Notarial, Cervera, 18, Pere de Salvanera, *Llibre*, 1400-1401, f. 81.

Noverint universi quod ego Bernardus Lambart, mercator, civis Barchinone pro nunc residens in villa Cervarie, gratis et ex certa scientia vendo et ex causa venditionis concedo vobis Bartholomeo de Avinione, hostalerio, ville predictae Cervarie, presenti, et vestris ac quibus velitis quendam servum seu captivum meum, de genere tartarorum, vocatum Martí, etatis triginta octo annorum usque in XL annis vel circa. Hanc autem venditionem facio vobis dicto emptori et vestris ac quibus velitis de dicto servo sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque salvamentum et bonum etiam intellectum. Et extraho predictum servum quem vobis vendo de iure, dominio et posse mei et meorum eundemque in vestrum vestrorumque ius, dominium et posse mittendo et transferendo pleno iure. Inducendo vos in possessionem eiusdem per traditionem corporalem, quam vobis facio de eodem. Preterea, ex causa huiusmodi venditionis et titulo eiusdem, do, cedo et mando vobis et vestris omnia iura omnesque actiones reales et personales, mixtas, utiles et directas, ordinarias et extraordinarias et alias quascunque quas habeo et michi competunt et competere possunt et debent in predicto servo quem vobis vendo et contra quascunque personas et in quibuscunque bonis et rebus ratione eiusdem. Quibus iuribus et actionibus supra dictis possitis vos et vestri ac quos volueritis uti et experiri, agendo scilicet et respondendo, defendendo, excipiendo, proponendo et replicando et omnia alia et singula faciendo in iudicio et extra iudicium quecunque

et quem admodum ego poteram ante presentem venditionem et iurium cessionem possem nunc ac etiam postea quodcumque. Ego enim facio et constituo vos in hiis dominum et procuratorem ut in rem vestram propriam ad faciendum inde vestre libitum voluntatis. Pro pretio vero predicti servi quem vobis vendo dedistis et solvistis michi et confiteor me a vobis habuisse et recepisse quadraginta libras et quatuordecim solidos barchinonenses terni. Et ideo renuntio exceptioni venditionis predictae per me vobis non factae et pretii predicti non habiti et pecunie non numerate et non solute et doli mali adque in factum actioni et legi qua deceptis ultra dimidiam iusti pretii subvenitur et omni alii iuri, rationi et consuetudini contra hec repugnantibus et tunc in vitibus quavis causa, dando et remittendo vobis dicto emptori et vestris donatione pura et irrevocabili inter vivos si quid predictus servus quem vobis vendo plus modo valet vel amodo valebit pretio supra dicto. Insuper promitto et convenio bona fide vobis dicto emptori et vestris quod predictum servum seu captivum, quem assero fore de bona guerra, faciam vos et vestros ac quos volueritis habere, tenere et possidere in pace cunctas contra personas. Et quod tenebor vobis et vestris de firma et legali evictione eiusdem et de omni dampno, sumptibus et interesse, lictis et extra, et de morbo caduco et de aliis morbis et vitiis absconsis dicti servi ad usum et consuetudinem Barchinone. Et, pro hiis complendis et attendendis, tenendis et observandis, obligo vobis et vestris me et omnia bona mea, mobilia et immobilia, etiam privilegiata, ubique habita et habenda. Hec igitur omnia et singula supra dicta facio, paciscor et promitto ego dictus venditor per me et meos vobis emptori predicto et vestris necnon vobis notario infra scripto tanquam comuni et publice persone hec a me pro dicto emptore et suis ac aliis etiam personis quarum interest et intererit legitime stipulanti et recipienti. Quod est actum Cervarie quinta decima die ianuarii anno a nativitate Domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup>. Sig+num Bernardi Lambardi predicti, qui hec concedo, laudo et firmo.

Testes huius rei sunt Berengarius Rosselli, sartor, Cervarie, et Franciscus Alberich, ville Acrimontis.

[*A continuación, hay dos recibos de dinero*].